Ecce sanctissimi sacerdotes praemissis precibus [illegible] uestram cum pia exhortatione conueni uos et per diuinum nomen obtestor ut quaeque a nobis de deo et de sacris ordinibus uel sanctis moribus fuerint dicta cum omni pietate suscipiatis et cum summa reuerentia perfecte intendatis. quod si forsitan aliquis uestrum aliter quam dicta fuerint senserit sine aliquo scrupulo contentionis in nostrorum omnium copulatione ea ipsa de quibus dubitauerit conferenda producat. Qualiter deo auxiliante aut doceri possit aut doceat. Deinde simili uos obtestatione coniuro uel obsecro ut nullus uestrum in iudicando aut personam accipiat aut quolibet fauore uel munere pulsatus a iusto iudicio sciens aut uolens discedat. Sed ea pietate quicquid examini nostro sit iudicandum in qualibet [?] statuatur. Ita nec discordans contentio ad subuersionem iustitiae inter nos locum inueniat. Nec in perquirenda aequitate uigor uestri ordinis uel sollicitudo depereat. —.

DATA UT SUPRA.